



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Dialecticæ**

**Dieterich, Conrad**

**Giessæ Hessorum, 1611**

V. Proprium.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](#)

## DIALECTICÆ.

II

IV. Differentia non trajiciatur de genere  
in genus. *Brutum & obtusum sunt differentiae fi-*  
*gurarum Geometricarum.* *Aλόγως igitur trans-*  
*feruntur ad sapores vel sonos.*

## V. PROPRIUM

Est inclinatio, aut quiddam adja-  
cens, quod uni, soli speciei, semper, &  
omnibus individuis ejus inest.

*Sic incedere erecto corpore, loqui, numera-*  
*re, ridere, est proprium hominis: Latrare ca-*  
*num, mugire boum, &c.*

[*Sed de potentia hoc intelligatur, non de actu. Nam in-*  
*fantes non incedunt erecti, non numerant, non loquuntur,*  
*Actusque potentiam tamen istam habent, ut possint aliquan-*  
*do incedere, loqui, numerare, &c.]*

*Modi Proprii sunt quatuor:*

I. Proprium est, quod uni speciei tantum  
convenit, sed non omnibus individuis. *Ut, fie-*  
*ri heroicum bellatorem competit soli homini, sed*  
*non omnibus individuis contingit.*

II. Quod omnibus individuis convenit,  
sed non soli speciei: ut esse bipedem, omnibus  
hominibus convenit, sed non soli.

III. Quod soli speciei & omnibus individuis convenit, sed non semper: ut, canescere  
competit soli homini, at non semper omnibus indi-  
viduis.

IV. Quod uni soli speciei & omnibus ejus  
indi-

individuis & semper convenit: ut, ridere omni  
& soli homini, & semper competit. Atque hoc  
 specialiter & recte proprium dicitur.

[Hic observa duo, I. Inter Differentiam & Proprium,  
 hoc interest. Differentia significat partem constituentem:  
ut rationale significat mentem, qua est pars hominis. Pro-  
 prium autem significat quiddam sequens rem constitutam:  
ut loqui, numerare posse, non constituent hominem, sed so-  
quuntur ejus constitutionem. II. Nonnunquam propria pro  
 differentiis usurpantur, cum scilicet differentia specifica nos  
 latent: ut cum dico, Magnes est lapis trahens ferrum. Tra-  
 bhere enim ferrum non constituit magnetē, sed inclinatio pro-  
 pria est magnetis. Canones Proprii videbimus infra in ad-  
 juncto.

## VI. ACCIDENS

Est, quod non per se subsistit, nec est  
pars substantiæ, sed in alio est mutabi-  
liter.

Dicitur Græcè ἐπεγωστόν, quia ad subsistendum pla-  
 nè sit ineptum, ideoq; necessariò subjectum in hæsionis, in quo  
 subsistat, requirat.

Estq; aliud separabile: quod à subiecto se-  
 parari potest: ut notitia à mente, frigus ab aquâ,  
 letitia, tristitia à corde.

Aliud inseparabile, quod à subiecto suo re-  
 ipsa separari nequit: ut, quantitas à substantia  
 corporeâ, calor ab igne, humiditas ab aqua.

[Observa, quanquam enumerata accidentia à substan-  
 tiæ non abiciuntur, insunt tamen eis mutabiliter. Sic quan-  
 titas inest corpori mutabiliter, alias enim major est, alias mi-  
 nor.]

Nomina Accidentium sunt duplia: Ab-  
 stractum & Concretum.